

26 Disposizioni di Pompeo prima della battaglia di Farsalo

Prima della battaglia di Farsalo (9 agosto 48 a.C.) Pompeo ordina che le proprie truppe aspettino da ferme l'attacco dei soldati di Cesare, per ripararsi meglio e lasciare che sia il nemico a stancarsi, rinunciando però al vantaggio dello slancio.

Inter duas acies tantum erat relictum spatii, ut satis esset ad concursum utriusque exercitus. Sed Pompeius suis praedixerat, ut Caesaris impetum exciperent neve se loco moverent aciemque eius distrahi paterentur; idque admonitu C. Triarii fecisse dicebatur, ut primus excursus visque militum **infringeretur** aciesque **distenderetur**, atque in suis ordinibus dispositi dispersos **adorirentur**; leviusque casura pila sperabat in loco retentis militibus, quam si ipsi **immissis telis occurrissent**, simul fore, ut duplicato cursu Caesaris milites **exanimarentur** et lassitudine **conficerentur**. Quod nobis quidem nulla ratione factum a Pompeo videtur, propterea quod est quaedam animi incitatio atque alacritas naturaliter innata omnibus, quae studio pugnae incenditur. Hanc non reprimere, sed augere imperatores debent; neque frustra antiquitus institutum est, ut signa undique concinerent clamoremque universi tollerent; quibus rebus et hostes terreri et suos incitari existimaverunt.

(Cesare, *De bello civili*)

PER IL RIPASSO

1. Analizza le proposizioni finali evidenziate nel testo: con quali tempi verbali sono costruite? Perché?
2. In quali modi possono essere costruite le finali in forma implicita? Elencali tutti e fornisci un esempio per ciascuno di essi.
3. Da quali congiunzioni è introdotta una finale negativa quando è coordinata a un'altra finale?